

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0144

LOG Titel: Caput Decimum Nonum. Boletus moschocaryanus. Culat pala. - Negentiende Hoofdstuk. Notemuscate Paddestoel

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM NONUM.

Boletus moschocaryanus. Culat pala.

Jam subsequuntur edules quidam Boleti, quorum bini præ reliquis excellunt, unus in Banda, alter in Amboina.

Primo. Bandensis, qui dicitur *Boletus moschocaryanus*, est brevis ac crassus, non ultra tres transversales digitos altus, ac binos latus, inferius crassiusculus, cum rotundo capitulo instar campanulæ, superius ex nigro cinereus & glaber, inferius solito modo plicatus, crassus, & cartilagineus, in primo progerminantibus caput clausum est, atque inferius ad mediam partem tectus pellicula instar præputii, coloris cinerei, hic sese aperit, & brevi marcescit, ita ut capitulum cum pedunculo nudum superfit. Crescit in viridibus putaminibus nucum Myristicarum, quæ quum nuces depurantur, abscinduntur, & in silva projiciuntur aggregatim, quæ putrescunt, & calidis pluviis hos proferunt Boletos, quos domini colligunt, & pro mensa domum portare curant.

Nomen. Latine *Boletus moschocaryanus*; Malaice *Culat pala*: quo nomine in Banda quoque notus est. *Culat* enim generaliter omnes vocantur Boleti. Amboinice *Ulat*.

Locus. Nullibi reperiuntur, nisi in Bandensibus insulis, ubi nubes Moschatæ solummodo coluntur, licet enim hic in Amboina aliisque insulis una alterave reperiatur arbuscula, nullæ tamen putaminum catervæ formantur, in quibus hoc *Culat* crescit.

Ufus. Delicatissimi & optimi sunt cunctorum Boletorum, qui in istis crescunt insulis, atque hinc tantummodo pro mensa colliguntur, in primis apud magnates, pingui enim juri carni incocti delicatum præbent cibum, saporis grati, & inter masticandum crepitantem, unde in Banda nulli pereunt, muria etiam debili condiri possunt, & in alias transmitti regiones, sique coquere illos velimus, primo hos macerare oportet, sed multum perdunt grati primique saporis.

Secundo. *Boletus saguarius*, *Culat sagu*, est *Boletus* vulgo prioris magnitudinis & formæ, excepto quod paulo pallidior sit, vel ex cinereo lutescit. Crescit in Amboina, Cerama, Moluccis, cunctisque insulis, in quibus *Sagus* crescunt, provenitque in catervis, quæ instar furfurum abjiciuntur in silvis, quum farina *Sagus* præparatur, ibique putrescunt, & *Ela* vocantur, in quibus tum *Celat* progerminat, sed raro reperitur, quum *Ela* ab hominibus maxima ex parte colligitur & abducitur pro pabulo porcorum & Anatum, vel si in silvis remaneat, ab apris devoratur, non etiam provenit, si *Ela* nimis sit gracilis, pinguedo enim in ista latet farina, quæ ex ea subducitur. Unde & qui hoc desiderant *Culat*, pinguisimam *Elam* in hortis deponere oportet acervatim, ut ibi putrescat. *Boletus* hic in cibo adhibetur instar prioris, ac proximum post eum meret locum.

Nomen. Latine *Boletus saguarius*; Malaice *Calat sagu*, & *Culat ela*; Amboinice *Ulat ela*.

NEGENTIENDE HOOFDSTUK.

Notemuscate Paddestoel.

NU volgen eenige eetbare Kampernolien of Paddestoelen, waar onder twee soorten uitmuntten, de eene in Banda, de andere in Amboina.

I. Bandasche biet *Boletus moschocaryanus*, is een korte en dikke Paddestoel, niet boven vier dwersvingeren breed, van onderen met een dikagtige steel, en daar op een rond hoofdeken, als een kloksken, van boven zwaartgraauw, en effen, beneden met de gewoonlyke ploojen, dik, en krakebeenagtig van substantie, aan den eerst uitkomende is het hoofd gestooten, en van onderen op half bedekt, met een velleken of sloopken gelyk een voorhuid, ook asgraauw van couleur, dewelke zig opent, en in korten versienst, dat het hoofdeken met zyn steel blyft staan. Hy wast op groene Notemoschate schillen of bolsters, die men by 't schoonmaken der rype Nooten afsnyd, en in 't bos wegsmyt op hoopen, die dan liggen rotten, en by warmen regen deze Paddestoelen voortbrengen, daar dan de eigenaars of perkeniers op passen, en voor bunne tafel te huis laten brengen.

Naam. In 't Latyn *Boletus moschocaryanus*; in 't Maleits *Culat pala*; met welke naam zy in Banda ook bekend is. Want *Culat* in 't generaal, bieten allerlei Paddestoelen, in 't Amboins *Ulat*.

Plaats. Men vindt ze nieuwwers dan in de Bandase Eilanden, daar de Nooten-muschaten alleene gebavent werden, want hoewel hier in Amboina en andere Eilanden, hier en daar een boompje gevonden werd, zoo werden egter aldaar geene hoopen van bolsters gemaakt, daar op deze *Culat* groejen kan.

Gebruik. Zy zyn de aldersmakelykste, en beste onder alle Paddestoelen, die in dezelve Eilanden wassen, en werden daar om alleen voor den tafel gezogt, ook by de grootste lieden, want in een vet zopje gekookt, geven ze lekkere kost, aangenaam van smaak, en in 't kauwe wat krakent, weshalven in Banda geene verloren gaan, men kan ze ook in slappe pekelen leggen, en in andere Landen verzenden, als men ze dan kookten wil, moet men ze eerst wat uitverschen, dog verliezen veel van de eerste aangenaamheid.

II. *Boletus saguarius*, *Culat sagu*, is een Paddestoel, meest van de voorgaande grootte, en satzoen, behalven dat by wat bleeker is, of uit den grauwten na 't geele treckt. Hy wast in Amboina, Ceram, Moluccos, en alle Eilanden, daar den *Zagu*-boom wast, voortkomende op de hoopen, die men als zemelen by 't maken van *Zagumeel* in 't bos wegsmyt, en rotten laat, *Ela* genoemt, waar op dan deze *Coelat* groeit, dog men kan ze weinige vinden. Om dat de *Ela* meest door de menschen weggebaalt werd tot voedzel van Verkens en Eenden, of in 't bos blyvende leggen van de Verkens opgeslokt werd. Zy wil ook niet groejen, als men de *Ela* al te mager maakt, want de vettigheid in dat meel bestaat, 't welk men daar uit baalt. Daarom die deze *Culat* willen hebben, moeten de vetste *Ela* in bunne tuinen op hoopjes schudden, en daar laten rotten. Men gebruikt ze in de kost als de voorige, en verdient de naaste plaats na dezelve.

Naam. In 't Latyn *Boletus saguarius*; in 't Maleits *Calat sagu*, en *Culat ela*; in 't Amboins *Ulat ela*.